III/1201

1757

\#

Ministerialis Generalis Regni Providus Casimirus Kornecki, ad Officium et Acta praesentia, Castrensia, Capitanealia, Cracoviensia, personaliter veniens, in vim suae verae ac fidelis Relationis, publicè libereque recognovit. Quia Citationem infrascriptam, ad Iudicia Ordinaria Generalia, Tribunalis Regni Lublinensia, editam tenoris verborum sequentis.

Augustus Tertius Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque necnon Haereditarius Dux Saxoniae Princeps et Elector. Vobis Illustribus Magnificis, Mariannae de Kurozwęki, olim Illustris Magnifici Iosephi Tarło, Capitanei Goszczynensis, Consorti Relictae Viduae, Matri, Bonorum Sceygniow cum attinentiis Haeredissae, et Iurium super Bonis Pienkoszow, cum attinentiis sese extendentium, proprietariae, atque Ada:

mo de Czkarzowice Capitaneo
Goszczynensi Filiô, Tartom, tum Ma:
gnifico Casimiro in Zakliczyn
Jordan Capitaneo Siedmichoviensi,
Bonorum Jaworznia et Sortis
in Szczukowice ad Tractum Pien:
korzeviensem, spectand, nec non Sta:
nislao Grodzicki Capitaneô Ra:
dziecensi, Bonorum præmissorum
Sczygniow, evictioni et Summæ
infrascriptæ Actorum ac Processui
obnoxiorum, Possessoribus, de Causa
infrascripta, Bonisquè Vestris,
generaliter omnibus mandamus,
ut coram Nobis Judicioquè Nostro
Ordinario Generali, Tribunalis Re:
gni Lublinen, tum dum et quan:
do, Causa præsens, ex Regestro
sibi competenti, quam celeriori,
adjudicandum vocata et acta:
mata legitime inciderit, Ad In:
stantiam Generosi Instigatoris Ju:
dicii

dicii Nostri, Ejusquè Delatorum
Magnificorum Procopii Tuczapscensis,
et Josephi Cecinioviensis, Capitaneô:
rum, Popielow, Fratrum inter
se germanorum, Bonorum Topola
cum attinentiis Hæredum, olim
Magnifici Christophori Popiel Ca:
pitanei Tuczapscensis, Exercitus
Sacræ Regiæ Majestatis, et
Reipublicæ Colonelli, Filiorum,
Actorum, personaliter, legitimè,
peremptorieque compareatis. Qui
Vos inhærendo Legibus Regni,
tum Documentis, in Termino
Termini reproducendis, insistendo,
Citant seu potius ad paratam
Causam, et Actionem, paratos
anteriores Terminos, paratas
Inscriptiones quasvis, Causæ
Causæ præsenti connexas,
ac totum Processum Adcitant.

ad videndum et audiendum, at:
tentandumque Vos, Poſseſsores supra:
scriptos, ad deoccupationem Bono:
rum, Secygniow cum attinentiis, La:
woznia, et aliorum, oneri Sui
Actorum antelationi et Proces
Sui obnoxiorum, stringi, et com
pelli, aut Vos Illustres
Magnificos Tarty sive Poſses
sores memoratos emundanda
Poſseſsionem Vestri ad Solutio:
nem Summarum, Capitalium et
Provisionalium, Decreto Castrensi
Checinensi, sat cum injuria
pro re Magnificorum Acto
rum, adjudicatarum, adigi; Bo
norum Pienkoszow sibi Acto;
ribus Officiove traditorum,
Summis notabilibus Actorum
incorrespondentium, rehabitionem injungi;
In sublationem Proceſsus pœnas
Sententiari

sententiari, et restitutionem adju
dicatorum, adinveniri, Nihilominus
comportationem Documentorum ad
Bona Topola et Stoniowice cum
attinentiis per Te Illustrem
Magnificam Tartowa, Citatam,
olim Magnifico Actorum Parenti
resignata, spectantium, ut poté Li
terarum Granicierum, Divisionum,
Donationum, Quietationum, de perso:
lutis Censibus, ac aliarum quarum
vis Dispositionum Hæreditatem præ:
miſsorum Bonorum Topola, et Sto:
niowice, cum attinentiis, evincen:
tium, Contractu Resignatorio, re
stitui præcavit, hactenus non re:
stitutarum, prævio præstando cor
porali Juramento demandari; et
extraditionem eorundem pro
re Actorum sententiari; in da:
mnis et Litis expensis con:

demnari. Te quoque Magni
ficum Jordan respectu per Li
teras Tui, ad varias Personas, direc
tas, Magnifici Procopii Popiel
Capitanei Tuczapscensis, Actoris
Honoris læsionis, pœnis puniri,
Cæteraquè pro Causæ et Negotii
præsentis exigentia, contra Vos
statui, decerni, et sententiari. Præ
sentibus Citamini, et Adcitamini,
Sitis parituri, Terminum atten
taturi, et Judicialiter ad præmissa
ac alia fusius Vobis oretenus
proponenda responsuri. Datum
Lublini, Feriâ Secundâ, post
Dominicam Misericordiæ, proxima,
Anno Domini, Millesimo, Se
ptingentesimo, Quinquagesimo, Septimo.
In Curia Bonorum Villæ Se
cygniow, uni ex Citatis, scilicet
Magnifico Grodzicki, Feria Quin
ta

ta post Festum Sancti Mathæi
Apostoli et Evangelistæ, proximè
præteriti, ad manus tradendo po
suit, et de Juris forma notifican
do reliquit. De quo præsens ejus
dem Ministerialis, Officio præsen
ti Castrensi, Capitaneali Cracoviensi,
fidelis facta est Relatio.

Actum in Castro Cracovi
ensi, Sabbathô, post Festum
Sancti Mathæi Apostoli et
Evangelistæ, proximô, Annô
Domini, Millesimô, Septingen
tesimô, Quinquagesimô Se
ptimô.

Correxit Woyciechowski mppria

Lectum p Dąbrowski

Ex parte Magnificor Popie
low super Magnificu Tartą
ll ad I. T. R. Lublinen

Relatio

In Crd Crac

Sabbo pt Fm S. Mathaei Apli
et Evangelista pro Anno Dni
1757

No 2do

Muzeum K. Kluka
Nr. inw. III/1801